Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

denariorum panes non sufficiunt eis: ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius: Andreas frater Simonis petri. Est puer unus hic qui habet duos panes hordeaceos et duos pisces: sed hec quid sunt inter tantos? Dixit ergo eis. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo illos panes: et cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite quod superaverunt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo: et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis. quae superfuerunt his qui manducaverant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum dicebant. Quia hic est vere

propheta. qui venturus est in mundum. Offertorium. Laudate dominum quia benignum psallite nomini eius quoniam suave est omnia quecumque voluit fecit in celo et in terra.

Sacrificiis preces. Secreta

sanctis domine quesumus intentae placatus: ut et devotioni nostre proficiant et saluti. Per. Communio. Dilatamque edificatur ut civitas cui participatio eius in idipsum illuc ascenderunt tribus tribus domini ad confitendum nomini tuo domine.

Deus qui in. Post communio.

Oblecti regione multitudinem populi tua virtute satiasti: in huius quesumus scilicet tui sacramentis excursum ut cum nobis spiritale nec deficiat impendere. Per dominum. Fria iv.

Deus in nomine tuo saluum me fac et in virtute tua iudica me deus exaudi orationem meam. Per.

Adiute mala inimicis meis et in veritate tua dispere illos. Oro.

Pro quibus omnipotens: ut observationes sacras